UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

LXIV. Das Kloster Diesdorf bekundet, wie gewisse von vier Nonnen und einem Priester in Winkelstedt gekaufte Pächte verwendet werden sollen, am 28. Juni 1322.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55716

Visual Library

mentio poteſt eſſe, volentes dictam eccleſiam eripere ab omni impetitione, ſicut iuris eſt, ſi qua ex predictis bonis poterit ſuboriri, Preſtamus etiam warandiam dicte eccleſie ſub ſigillorum teſtimonio ſubſcriptorum videlicet patruorum noſtrorum frederici, Geuehardi, Hinrici, Thiderici de dannenberche. Actum diſtorpe, anno domini M°. CCC°. XX°. ſecundo, in vigilia beatorum apoſtolorum petri et pauli.

LXIV. Das Kloſter Diesdorf bekundet, wie gewiſſe von vier Nonnen und einem Prieſter in Winkelſtedt gekaufte Pächte verwendet werden ſollen, am 28. Juni 1322.

Suiderus, dei gracia prepoſitus, mechtildis prioriſſa totusque conuentus ſanctimonialium in diſtorp omnibus in perpetuum. Ad noticiam tam preſentium quam eciam hominum futurorum cupimus peruenire, quod domina agnes, Elyzabeth, dicta roſſac, margareta de luneborg filia reynoldi, et ſophia de gardelaghe, noſtri clauſtri moniales, Emerunt a hinrico de dannenberg et a ſuis fratribus videlicet alberto, Erneſto et ottone, pro XXX marcis luneburgenſium denariorum in villa winkelſtede vnum manſum pertinentem ad vnam domum, cum villa intratur ad dextram manum, a quo manſo dantur tres marce denariorum luneburgenſium annuatim, de quibus tribus marcis annis ſingulis duas accipient ad tempora vite ſue predicte quatuor moniales, quia dictos redditus ſuorum conſanguineorum auxilio et elemoſina compararunt, De tercia vero marca ſoror margareta textrix in hoſpitali habebit octo ſolidos annuatim, domina criſtina ibidem quatuor ſolidos et filia eius Konegundis ſoror noſtri allodii quatuor ſolidos recipiet annuatim quelibet ad tempora vite tantum. Defunctis predictis cuiuſlibet pars reddituum predictorum ad uoluntatem procuratricis caritatis omni occaſione poſtpoſita tranſiet in quatuor ſabbata aduentus domini ad conſolationem omnium monialium ſpecialem. Proteſtamur etiam, quod dominus thidericus roſſac ſacerdos pro ſalute anime ſue in Eadem villa winkelſtede emit ſedecim ſolidos luneburgenſium denariorum perpetuo annis ſingulis ad dictum officium caritatis. Summam autem dictorum reddituum prepoſitus, qui fuerit pro tempore, annis ſingulis in feſto ſancti martini Epiſcopi de dicta villa per ſeruos ſuos ad dicte caritatis officium dei intuitu ordinabit. Datum ſub noſtris ſigillis anno domini M°. CCC°. XX ſecundo, in vigilia apoſtolorum petri et pauli.

LXV. Dietrich, Bernhard und Werner von der Schulenburg, Ritter, verſprechen dem Kloſter Dambeck das Dorf Wolmerſen zu reſigniren, ſobald es dem Kloſter vereignet ſein wird, am 14. September 1322.

Nos thidericus, Bernardus et wernerus, milites, et fratres dicti de Sculenborch omnibus hanc litteram viſuris uel audituris recognoſcimus in hiis ſcriptis, Quod villam wolmerſen